

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus octavus de legibus, vel, de legumlatione

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](#)

debent. Sed laus vituperatioq; venandi ita distincta sit. Lex autem ista. Sacros quidem hos venatores ybiung; venari velint, nemo prohibeat. Venatorem nocturnum retibus & canibus suis fidentem nemo yspiam sinat venari. Auceps per incultos agros montesq; vagari permittatur. A cultis locis, sacrisq; incultis a quoconque pellatur. Piscator nec in portibus, nec sacris fluuijs, paludibus, stagnisq; venetur: in alijs liceat. dummodo sicut non utatur permixtione. Sed iam institutiones de disciplina finem habeant. c.l. Praeclare loqueris.

DIALOGVS OCTAVVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM LATIONE.

MARSILLI FICINI
ARGUMENT.



VAE modo de praecipuo singulari: vnius Dei cultu ex multis Platonis nostri testimonijs asserimus, possimus præterea per Phœdrum, Gorgiam, Protagoram, Politicum, Criticam, quartum legum absque controversia confidere. In his enim universam deorum, ut ita dixerim, synagogam, vno subdit regi, prout vult singularis imperanti: aliaq; alijs officia iuste dispensent: & humana per illos ordine dispensanti: non quasi absente hinc illo, sed ut appareat in quarto legum, potius ita volente. Iubet itaque Plato primum quidem deum propter se adorari. Sequentes vero qui particeps eius dij quoque dicuntur, amari tanquam illi similliores. Honorari etiam ut vicarios, imo & aduocari quasi conciliatores, a diri etiam ut diuinæ mentis interpres. Exaudiri denique ceu maius statim diuinæ præcones. Iubet & templo condi in urbe: & urbem ipsam quasi adem sacram in partes distribuit duodecim. Quemadmodum & deus templum sibi ipso construxit, mundum duodecim sphaerarum choros ornatum: Sacerdotibus quoque munatum, id est, spiritibus prædictis ratione, deum ubique laudantibus. Diuum vero id templum Plato pro viribus imitans, & multos in suis templis admittit deos, quemadmodum deus ipse multos admittit in suo: & varia disponit simulacra: sicut & deus stellas locavit in celo: quasi suorum status angelorum. Præterea inter multas multorū aras altare primum consecrat primo, quemadmodum stellas inter peculiarem sibi statuam deus elegit solem, ut in Republica Plato inquit. De quo foris dictum videri poscit. In sole posuit tabernaculum suum. De sacrificijs autem statusq; diligentius alibi pertractabitur: verò ut in praefecta summatis dicam, primum deum ut potè materie aut similis naturæ nihil habentem, unica vult mente coli. Sequentibus vero numinibus hostiles & sacrificia qua ratione lex patria iubet, adhiberi permittit. Hinc theologi gentium in numinum calestrum ignorantij: sacris, figuris & lumina multaq; ad visum spectantia inserebant. In sacris autem aereorum, musicos quoque concentus, & odores vaporesq; addebat. At in sacrificijs aqueorum atque terrestrium, usq; insuper que ad gustum & soliditatem attinent, rebeat. Quamobrem nemini mirum videri debet, Platonem philosophum adeo grauem leges suas, oēs quidem, præcipue ut sacras, non nisi consulis oraculis promulgare. Principio videbatur temporibus indulgendum. Necessarium quidem erat humana diuina quodam consilio & autoritate firmare. Impossibile vero ea tēpestate eos homines ita natos, & ita educatos, ratione illa à consuetis alienissima in diuina reverentia conservare. Deinde Plato prudenter iudicabat: & si possent impuris spiritus homines per ora cula fallere, sepe tamen abstractas ob dinam reuerentiam à corpore mentes, quasi iam puras à puris subito numinibus corripi: & quemadmodum ligna que casu exiccauit ventus, sepe mox natura ignis accendit, similiter posse animos ex religioso quoddam rita, quam apud sapientes minus probato, perfundos occultis modis meliori numine corripi: ut qui neficientes quo in mentem ipsam seorsum à sensibus ascenderunt, ex alto iam feliciter accendantur. Neque tantum attendendum Plato vult, quo ritu colas diuina, quam cuius gratia colas. Si enim id summi omnium regis gratia eternorumq; honorum desiderio feceris, probabile est undecunque & quomodounque ceps

ris, te quandoque per eiusmodi venerationem ad summum proprius accedentem, vel immenso illius lume circufundi, vel exuberanti saltem bonitate seruari. Quapropter eiusmodi Plato fiducia fretus, de fangiendis legibus sacrificijs; oracula contulit, præceptijs; quotidie aliquæ & magistratibus sacra publice facere: pro salute patriæ prius, deinde pro sua atque suorum. Et certo quodam ordine post iuuenilis etatis rudimenta in septimo tradita, mox in octavo ad sacra descendit: ut potè qui intelligi vult homines ob idipsum recte a prima annis institui, ut ritè interesse sacris & relint pariter atque possint. Si quis autem vel cauillator, vel meticulosus tot dijs demonibusq; in ciuitate Platonica interesse formidat: huic pariter adire licet urbem Peripateticam, non demonum deorumq; tantum, sed dei etiam vacuam. Sed profecto operæ præmium est supersticio supercelio, stomachoq; posito ex omnibus eligere potiora, pietatemq; probare Platonicam, neq; exigere Christianum fuisse illum quem solum temporis interuum prohibit esse Christianum. Prima quidem sacra sunt duodecim, in mensium Calendis. Secunda quoq; duodecim, in medijs mensibus. Tertia sunt tercentum & sexaginta quinq; scilicet quotidiana. Fiant autem præcipua dijs calestris, terrestribus vero media sedicet dijs sub luna regentibus. Omne enim sub calo terrestres appellat. Inferiora demonibus. Infirma heroibus. Oportere vero putat sacra his omnibus duodecim distinguiri generibus. Siquidem secundum sphaerarum signorumq; duo denarum, etiam in qualibet sphaera demones, heroesq; duo denario distinguuntur. Commemorationem vero solemnitatum, earumq; distinctionem quotannis declarari populo iubet mensis ultimo: quem more communi accipimus Februarium. Præcipue vero Platonicum more mensem ante aestivum solstitium. Ultimum mensem meridiæ Plutoni dicant. Est enim Pluto prouidentia proprie & separans animas & iudicans separatas. Inquit autem coniunctionem cum corpore animæ non esse meliorem separatione. Intellige de corpore caduco, & quatenus caducum est: non de celesti, vel calo simili: quali corpori coniungi prestat. huic autem quatenus caducum est, non prestat. Ac si operæ præmium esse dicatur huic quoque coniungi: non propter hoc ipsum proprie, sed alterius finis gratia id dicendum. De his autem in Theologia diffusius. Sed nunquid demonibus etiam impurioribus Platonici litant? Non nulli his insuper, partim quia naturalibus præsumi officijs, partim vero ne inuidia noceant. Plato vero id nequaquam concederit. Quippe cū purganda mentis gratia primi: dei veneratione duntaxat sacra iubat facere. Affirmat autem ciuitatem legibus diuino intentem fore felicem. Addit ad felicem tum ciuius tum ciuitatis ritu id maximè pertinere, ut nec alijs iniuriam inferat, neque afficiatur iniuria. Utrumque vero virtute consequi posse. Ac ne ciuitas afficiatur iniurias, statuit sacrificia, in quibus & diuimum auxilium impetraret, & ludi quidam solennes festijs: frequententur, bellicas pugnas quam maximè imitantes. Quibus exerceri vult ad pugnam tam sieminas quam mares: & in singulis quidem tam sinistram manum quam dextram: ut & ciuitas ex vitroque sexu eque utili integræ sit: & quilibet ex vitroque manu pariter utili, sit integrinus. Inter haec notabis quam detestetur auaritiam, ob id maxime ciuitati noxiā, quod proprijs vilibusq; lucris occupatos amos à publica salutis cura detorquent. Notavis iterum quanta causatione Musicam, choreas, poesim: in sacris bellicisq; ludis admittat. Deinde solum illud imperium legitimum esse pariter atque tutum, in quo volens voluntibus imperat. At quoniam in iuuenilium ludorum cæstibus sepe amores incident, & q; quidem turpisimi, idcirco his diligentissime præcepit occurriendum, quamvis ex parte iam occurrerit, vbi aurum & argentum ciuibus sustulit, & in laboribus aßiduis educauit, & oculus iudicium mores ubique circumficiuntur subiecti aßidue oēs, maximè iuuentum. Quæ quidem tria esse remedia cœset aduersus lascivias & petulantias morbum admodum salutaria. Occurrit & quarto quodam præsenti remedio: ut videlicet ab auditoribus legi magistratibus fama quotidie diuulgetur, per quam cuncti cōmuni consensu confuscent existimare, concubitus contra naturam, non minus turpes esse, nec minori apud deum odio haberi, quam concubitum inter filios & parentes. Patet vero Plato cōmuni fame consensum miram ad mores habere potentiam. In his audiis feliciter eum vivere, qui superat voluptatem: infelicitate qui superatur. Audies & præceptum ad abstinentiam maximè salutare, a Paulo apostolo summopere comprobatum: ut si athletæ corpore & victoria studio voluptatibus abstinent, multo magis omnes gratias victoria ad animum pertinentis debeant similiter abstinere. Præterea geminam esse benevolentiam: alteram quidem morum similitudine: alteram vero ex quadam indigentia procreatam. Et utramque sit vehementior, amorem cognoscatur. Amorem quoque quam ad propositum spectat triplicem. Aut enim pulchritudinem ambi, aut corporis tantum, aut utriusque simul amari. In his cons-

sidera quam caute in legibus ferendis incedat, ut qui nonnunquam in dialogis honesto forme corpore & amatori nominib[us] indulserit, hic s[ecundu]m n[on] ibil indulget. Nempe corporis solius amorem eudenter extermint. Virtusque vero coniuncti quamvis moderatum, in legibus non audeat admittere. Solum denique erga anum solum mani festè approbare videatur. Tum vero homines depravatae naturae sui dominos esse negat: neque iniuria. Quisquis enim a rōne discedens, rationalem hominis amittit naturam, iniuriam & libertatem, quae rōnis munus est, simul amittit: neque tamen amittit culpam, dum quasi delinquit impulsus: quippe cum ipsam causam necessitatem eius modi dederit. Homines aut[em] his contrarios, id est, integræ naturæ appellat eos: qui deinceps colunt, & inter humana maximè omnium timent iniuriam: nec corporis vilius scilicet, vel sui, vel alieni, sed animi morumq[ue] pulchritudinem diligunt. Quod autem in superioribus dixit officium esse Dei, eiusmodi delictis obsecrare, si ab eo h[ab]et ordinari possent: sic accipe, ut dei naturarum ordinatoris proprium sit, que ab ordine naturæ collapsa sunt, in ordinem restituere: præsertim cum multorum opinio sit animaru[m] in eiusmodi sceleris non tam sensibus, quam dæmonibus quibusdam instigantibus, vel ab intiro corrui se. Vbi vero ait, si ordinari a deo possent, non de diuina potentia, sed humana diffidit: potest quidem deus quantum in ipso est ordinare, sed non tam facile ordinari homo potest. Posset & deus cogere, si modo vellet necessario trahere, quem vult modo quandam libero ducere. Mox etiam de coniunctis, quæ inter solennias sacra, la dosq[ue] celebrantur, mentionem facit. Item ex coniunctis de dictu legibusq[ue] ad hunc pertinentibus. Opportune vero post educationem animi, legesq[ue] ad hanc attinetes, ad corporis nutrimentum legesq[ue] eiusmodi am descindit. Tum de agris, terminis, aquis, fructibus, percoribus atque pascuis, similibusq[ue] leges tradit. Vbi vero de terminis loquens, prævaricatorem terminorum puniri dicit ab Ioue contributam atq[ue] hospitali, Iouem vnum intellige contributis pariter & hospitalis curatorem. Et quonia[m] statutos lege terminos præterire, & alienis sibi dominium usurpare, superbi & proprii est: idcirco dicit. Iouem ad hanc iniuriam vicescendam excusat, atq[ue] insurgere cum prælatis inimicissimis: quasi dicat Deū contra superbos non tam ut iudicem, quam ut hostem ultorem insurgere. Post verò multas constitutiones inquit, ad senorem philosophum non pertinere, minimas quasq[ue] leges accuratè describere: præsertim quae ad lites rerumq[ue] civitatis pertinent. Sed de rebus quidem externis paucas quasdam cōmunesq[ue] leges adducere, quas in minima quæq[ue] iniuriis deriuunt interpres, de moribus autem & animi disciplina ad anguem diligentissime pertractare. Ac dum de varijs opificibus verba facit, tria de his præcepta tradit admodum memoranda. Primum quidem, nullum ciuem i. publicis aliquando munieribus perfunditur, vlo debere opificio occupari, neque etiam eius seruum. Quippe cum ars reipub. gubernandæ longæ exercitatione multisq[ue] doctrinis indigen integrum sibi hominem vendicet. Secundum vero, neminem artes duas vel studia exercere vel debere vel posse. Tertium denique artificem non de cere alterius artis opifici præsidere. Vt et prudenter & exportare ciuib[us] necessaria, & importare superflua, & in primis cauponari, præsertim quæstus gratia. Tum urb[us] partes vicosq[ue] ac templas & foros duodecim digerit: forisq[ue] tam sobrias quam diligentes leges imponit.

De sacris.



EQUITVR deinceps ut leges de solennitatibus per Delphica oracula sanciamus, quæ sacra, quibusq[ue] dijs sacrificare feliciter ciuitas beat. At quando, & quot numero sacra facere oporteat, forte nostrum est nonib[us] lege sancire. CL.
Fortasse numerum. AT H. De numero igitur primo dicimus. Quem ego trecentorum & sexaginta quinq[ue] esse oportere censeo, ut unus aliquis semper ex magistratibus deorum alicui, aut dæmonum, pro ciuitate, pro seipso, pro rebus suis sacrificet. Interpretes vero & sacerdotes tam viri quam mulieres, vatesq[ue] vna cum legum custodibus congregati, ea ordinent quæ in his legum lator necessario omiserit. Nam omissorum cognitores istos esse oportet. Lex ergo videbit, ut duodecim solennitates dijs duo decim quibus singula tribus cognominantur, ciues peragat, dijsq[ue] ipsi sacra per singulos menses faciant: choros

præterea ludosq[ue] musicos & certamina gymnica, prout dijs singulis & temporibus conuenit. Erunt aut[em] solennitates distinctæ, ut constet, quas sine viris & quas non agi oporteat. Terrestrium quoq[ue] cœlestiumq[ue] deorum, ceterorumq[ue] qui h[ab]ent sequuntur solennitates miscenda non sunt, sed separatae in duodecimo mense, qui Plutoni datus est, ut legitime celebrentur. Non n. abiiciendus belli causis hominibus is deus est, sed colendus, tanquam genere hominum semper optimus. Nam anima corporisq[ue] coiunctio, nullo modo melior est quam solutio, ut ego serio loquens affirmo. Præterea quicunque sufficienter h[ab]ent structuri sunt, illud cogitare omnino debent, nostram hanc ciuitatem quo vacationem temporis & possessionem rerum attinet, talem esse qualis hoc secula nulla reperi posse. Verum oportet ipsam perinde atq[ue] hominem unum bene vivere. Feliciter aut[em] viuentibus hoc necessario inesse in primis oportet, ut nec ipsi alijs, nec alijs ipsis iniuria inferant. Quorum alterum non est admodum difficile. Alterum vero ut nulla possit iniuria ledi, difficilium: nec perfecte id quisquam aliter asequi potest, quam ut perfecte bonus efficiatur. Idem est & in ciuitate. nam si bona erit, in pace vitam ager, sin autem prava, & intestini seditionib[us] et externis bellis assidue infestabitur. Cum hac ita ferme se habeant, non bellum tempus expectandum, sed in ipsa pace ciues ad ciues ad rem bellicam exercendi. Ergo ciuitas nisi mente captatis, singulis mensibus bellicas vires experietur, non minus uno die: sed pluribus etiam prout magistratibus ipsis videbitur, virtus simul & mulieres & pueri, nec hyeme nec astu vitato, ut parati sint omnes, quædocunq[ue] viueris sum quædammodo educere populū magistratibus visum fuerit: ad idq[ue] ludicrium conuenientes vna cum sacrificijs excoitandi, ut pugnæ quadam solenes festinæq[ue] stant bellicas pugnas quam maxime imitantes, & victoribus præmia laudes: victis contraria, vituperationes fiant, prout singuli in certaminibus, & in omni vita se gesserunt. Sic optimus quisq[ue] laudibus effatur, & vituperatione contra viros deprimatur. Nec omnes harum rerū poëtae sint, sed primum, qui non pauciores quam quinquaginta annos natu[s] sit. Deinde qui non solum poëticam musam sufficienter posideant, veruetiam præclarum & insigne ali quid fecerint. Eoru[m] ergo qui boni viri, honoreq[ue] digni sunt in ciuitate, & res præclaras gesserunt, poemata et si minus musica sunt, decantentur. Cuius rei iudicium, puerili doctrinæ præpositus, ceteriq[ue] custodes habeant legum. Hi probis viris honorè hunc tribuant, ut solis libertatem in musis præstant, ceteros vero prohibeant. Nemo igitur audeat musam horum iudicio non probata canere, etiam si Thamyra Orpheiq[ue] hymnis sit suauior. Sed canatur poëmatas sacra, quæ iudicio approbata, dijsq[ue] dicata sunt, virorum quoq[ue] bonorum poëmatas, quibus laudantur vituperanturq[ue] aliqui, et moderate id facere indicata sunt. Hæc eadē de militia et de libertate poetica iudico mulieribus et viris similiter facienda. Sed oportet legislatorē secū ita pleraq[ue] loqui. Cedo, in ciuitate instituta quales ciues educare studio? An no[n] certaminū maxime morū Athletus, quibus in numeris sunt aduersarij? Proorsus ita recte quilibet respōdebit. Si ergo pugiles, aut pugratias, aut alios similes educaremus, ita n[on] in ipm certame educeremus, ut cum nullo antea unquam pugnauerint?

Vel s[ic]

Vel si pugiles essemus, nonne pluribus ante diebus pugnare didicissemus, oī a facientes quibus in verò certamine ubi ad victoriam contenditur, uti oporteat, quam proximo ad id quod simile est, accedentes, pro loris casuum orbibus ferreis indueremur, ut vulnera & inferre, & vitare præmeditatione disceremus? Quod si nulli quibus cum exerceri possemus, sicut nobis darentur, nunquid stultorum veriti risum nos contineremus, quin in anime simul acrum ex aduerso ad quod exercitatio fieret, suspenderemus? Ac si nec at ati, nec anima carentis adversarij copia nobis esset, nonne ipsi soli ad umbram propriam pugnaremus? An ad aliud quicquam, manuum huc & illuc flexus, & præparatio hominis excogitata est? CLIN. Ad nihil aliud fermè quam ad hoc ipsum. ATH. Quid igitur ciuitatis pars que militia studet? An peius quam certatores hominis præparata audebit ad certamen maximum deuenire, pro vita, pro liberis, pro rebus suis, pro patria pugnatura? Non ergo verebitur legislator, ne gymnasia hac iniucem aliquibus ridicula videantur: sed lege statuet, ut res militaris agatur maximè quidem minori exercitatione sine armis, choros omnemq; gymna sticā ad hæc inducens & concitans: maiore vero non rarius quam semel in mense, ut certent singuli ad capienda vel retinenda loca, & insidias omnemq; rem bellicam imite tur, & pilas se exerceant, vndiq; se veritatem: ac telis vantur ad vera & periculosa tela quam proximè accendentibus, ne omnino absq; timore ludus hominis inter ciues agatur, sed formidinem inferat: atque ita qui magno sunt animo ignauosq; ostendat, ut his honores, illis opprobria, ut conuenit, tribuantur: & hac ratione ciuitas omnis per totam vitam ad verū certamen viriliter præparetur. Si quis autem cæde inuoluntaria in his certaminibus morietur, qui interfecit lege expiatus mundus sit in posterum. Putare enim debet legislator, paucis ita mortuis hominibus, cæteros non deteriores futuros. Timore vero in oī bus his extinto, nihil amplius se innenturum, quo à deterioribus meliores discernat. quod nō sit, multo maius ciuitati malum est, quam illud. CL. Concedimus hospes ita haec esse leges sanctienda, & vniuersæ ciuitati agendā. ATH. Nūquid causam nunc oī cognoscimus, ob quā modō in ciuitatibus choles talis atq; certamen nusquam fermè nisi raro admodum fiant? An propter multitudinis legumq; latorum ignorantiam ita fieri affirmabimus? CL. Forte. ATHEN. Nequaquam, oī beatè Clinia. Sed duæ huīs rei sufficietes causæ sunt. CL. Quæ nam? ATH. Vna quidem, quod diuinarum cupiditate cæteris omnibus neglectis, solummodo rem priuatam curramus: ad idq; incumbens ciuium animus, nulli prorsus nisi pecunia quotidie cumulandis dare operam potest. Nā artes & studia quæ ad lucrum conducunt, libentissimè complectuntur omnes, cætera spernunt. Hac igitur una causa est, ne ciues id aut aliud quicquam honestum bonumq; officium current, sed infatibili auri & argenti cupiditate, & honesta pariter & inhonesta artificia complecantur, & quiduis agant, seu fas siue nefas id habebatur, ut pecunias cumulent, quibus subministrantibus veluti pecora, ventri ac veneri seruant. CL. Recte dicas. ATH. Haec inquit una sit causa, qua sit ut nec aliud quicquam præclarē, neq; rem bellicam sufficienter ciues exerceant: sed qui natura modesti sunt, ad mercaturā,

nauigationem, viliaq; ministeria conuertantur: qui viriles & generosi, ad furtā, latrocinia, sacrilegia, infidias, sceleraq; tyrannica: qui cum bene à natura constituerint, infelices tamen hac consuetudine easserunt. CLIN. Quo istud aī? ATH. Imo cur non eos omnino infelices appelle, qui fame coguntur per omnem vitam suā animam cruciare? CL. Hac vtiq; vna causa est: alterā vero causam, hospes, quam dico? ATH. Recte cōmonuisti. CL. Ergo, ut aī, haec est vna, perpetua & inexplibilis diuinarum cupiditas: qua occupati singuli, prohibentur rem bellicam, ut decet, curare. Sed alteram iam expone. ATH. Num vobis videor, quia ad alterā desit facultas, in hac nimium immorari? CL. Non ita: sed odio percitus videris hos mores hominum ad quos sermo hic incidit, magis quam deceat insectari. ATH. Optime, o charissimi, me nunc increpatis. Quare quod sequitur audietis. CL. Dictantum. ATH. Causam equidem esse assero gubernationū genera illa, de quibus saepe iam diximus, popularem gubernationē, paucorum potentia, & tyrannidem. Nulla certè potestas huiusmodi, respub. est: sed seditiones appellari omnes rectissimè possunt. Nulla enim volentibus volens, sed volens nolentibus semper vi aliqua dominatur. In quibus cum princeps subditos timeat, nec bonos, nec diuites, nec robustos, nec fortes, nec omnino bellicosos sponte vnguam fieri patietur. Haec duo omnium quidem quodammodo, horū certè præcipuae causæ sunt. Quas utrāq; respub. haec cui nunc leges damus, effugisse videtur. Nam & in otio maximo est, & penitus libera: & ex his legibus homines pecuniariū cupidi minimè sunt. Ideo versimile est, ut haec sola omnis que nunc sunt rerum publicarum disciplinam bellicam, ludumq; simul, de quibus rectè differimus, suscipere posset. CL. Probè. ATH. Deinceps de omnibus gynnicis possimus certaminibus dicere, ut his præmia ponantur, que ad bellum conducunt, cætera dimittantur. Sed que ista sunt, à principio recensenda sunt, & legibus sancti da, & primo que ad cursum velocitatemq; pertinent. Nonne? CL. Omnino faciendum. ATH. Omnia igitur maximè agilitas corporis, altera pedum, altera manuum, ad bellum conducit: ad fugiendum quidem in sequendumq; pedum, in pugnando autem lucentandoq;, manuum robore indigens. CLIN. Certè. ATHEN. Neutra tamen absque armis, magno usui est. CLIN. Verè. ATHEN. Stadum ergo cursurum, quemadmodum nunc in certaminibus fit, præco primum vocet. Ille vero cum armis ingrediatur. Nam nudo absque armis certatori præmia nos minimè ponimus. Primus igitur stadium cursurus, armatus ingrediatur. Deinde qui dicitur: Tertius qui equis. Quartus qui doλιxov. Quintus qui leuiora armatura ornatus. quem primum sexaginta stadiorum spatio ad aliquid templum Marii perueniatur emitemus. Alius etiam graniore armatus armatura, breuius ac planius spatium cursurus. Alius sagittarius omni arcuum ornatu munitus, centum stadia per montes variamq; regionis natura ad Apollinis Dianaq; templum certans perueniat. Certamine igitur constuto, quo usq; veniat, expectabimus, & victoribus singulis præmia dabitur. CLIN. Recte. ATH. Tripartito haec certamina distinguamus. Vnum puerorum. Alterum imberbum. Vigorū tertium. Et imberibus quidem

duas cursus de tribus partes ponemus: pueris harum dividias. Hi cum sagittarijs, ceterisq; armatis concertet. Fæminis vero, puellis quidem nondum pubescentibus nudis stadium ponemus, & diuīlōv, & equestrem, & doλιχōv, quæ in ipso cursu concertent: ultra vero tertium ac decimum atatis annū, donec nuperint, non longius vigesimo nec breuius decimo atq; octavo ad certamen cursum descendant. quæ quidem congruo vntantur vestitu. Hac de cursu & virorum & mulierum dicta sint. Ab robur vero augendum, luctationis similiumq; loco, quæ nunc habentur, graniora capiantur. Et unus ad unū, duorum ad duos, & usq; decem ad decem armis pugnafiat. Quæ vero quotq; facere aut non pati victorem oporteat, sicut modo in palæstra determinatum est à præfectis luctationum, quid sit bene aut non bene luctantis opus: ita & in his armorum certaminibus periti inducendi sunt, ut lege sanciant, quid aliquis non paties, aut quid faciens vincat, & victum similiter quisnam ordo discerat. Eadem haec de fæminis quoq; ad etate usq; nubile, lege sancita intelligantur. Peltaistica vero vniuersa pugnae pancratiace opponatur: certeturq; arcu, pelta, lanceis, lapidumq; manu & funda proectione. Et qui se optimè in his quoq; gesserit, huic lege honores victoriae tribuantur. Nunc de equorum certaminibus videamus. Equorum usus in Creta magnus non est. Quare necesse est studium in nutriendis equis, certandoq; cū eis minor cura Cretensis esse. Nam curru quidē nemo vestrū tenet: neq; in hoc operā ponere præclarū esse ducitis. Cū igitur consuetum id non sit, certatores hmoi lege statuere, dementis esse videtur. Singulis aut equis: ipsq; qui pullinos dētes nondū iecerint, pullis, & horū medys perfectisq;, equestrem ludū pro regionis natura tribuere licet. Hmoi ergo certamen secundum legem sit: in eoq; iudicium magistris equitū & tribunis tam de omni cursu equorum, quam de his qui cū armis descendunt, cōmuniter tribuantur. Non armatis vero, neq; in gymnasticis ludis, neq; hic certamen præmiumq; imponimus. Sed non est Cretæ inutilis qui sagittam aut iaculū ex equo immittit. Quapropter in hoc et ludendi gratia contentio concertatioq; beatatur. Ad hac aut legibus fæminæ cogendæ non sunt. Verum si priori disciplina consuetudineq; puellas virginesq; natura concitat ad hæc, facitq; ne abhorreant, admittenda sunt. Sed de exercitatione disciplinaq; gymna stica, sive quæ in certaminibus exequimur, seu quæ sub magistris quotidie exercemus, satis iam diximus. De musica et maiori ex parte. At vero de rhapsodis. i. carminum cantoribus, deq; his qui eos sequuntur, & de contentione chororum, quotcūq; necessario solenitatibus dysdæmonibusq; constituuntur statutis diebus mensibusq; et annis, hæc omnia quomodo disponenda sint, & si per tres, aut etiam per quinq; annos fieri debeant, consilio deorum intelligentur, agenturq;. Tunc vero certamina musicæ vicijsim fient, prout athletæ ipsi præriorum declaratores, & doctor iuuenum, legumq; custodes, qui in his fendarum legum autoritatem habent, vna congregati, hæc ordinauerint. Hi namq; quando, & qui, & qui bus cum singula certamina in omnibus chorischoreisque exercere debeant, ordinabunt. Qualia vero singula hac quo ad orationem vel cantus, vel harmonias numeris salutationibusq; mixtas, esse debeant, s̄enumero à primo legumlatore est dictum: quem posteriores sequentes, ut singulis sacris tēporibusq; conueniet, ita certamina quæq; distribuent, festosq; dies statuent ciuitati. Hæc quidem & cetera talia, nec intellectu difficultia sunt, quo pacto sint legibus ordinanda: neq; si hoc vel illo modo cōmutentur, multum profundit ciuitati, vel obsunt. Sunt autem nonnulla plurimi facienda, quæ persuadere ita difficile est, ut dei maximè opus hoc esse videatur, si ab illo possent constitui. Nunc autem audacis alicuius hominis opera indigent, qui libertate dicendi maximè fretus, quæ ciuitati ciuibusq; optima fore censem, ita statuat, ut corruptos ciuium animos ad decentem habitum legumq; obseruationem reuocet, dum ardenterisimis eorum cupiditatibus aduersetur, omnij; etiam auxilio carens solam solus rationem secutus non vereatur. CL. Quidnam dicas hospes? Hoc enim non intelligimus. A TH. Verisimile est. Verū conabor planius dicere. Nam cū disciplinam ipsam vita animaduertem, videremq; adolescentes & adolescentulas in iuicem humaniter conuersari: timui, ut par est, considerans quæ in re quipiam ea ciuitate vñatur ubi adolescentulæ adolescentulizq; delicati sunt, qui non magnis durissimisq; laboribus, quibus libido petulantiaq; extinguitur, domiti sunt: sed festis diebus sacrificijq; & chorisoēs plurimum vacent. Quo igitur in hac ciuitate ab illis cupiditatibus abstinebunt, quæ multos in extremum duxerunt, ita ut ratio quæ abstinentem imperet, lex efficiatur? Profecto si leges superiores, multas à nobis pellit cupiditates, nihil mirum est. Nam institutio illa quam nimia dimitia prohibentur, non parum ad temperantiam confert, & disciplina illa omnis suprà à nobis exposta leges ad hæc commoda habet. Præterea & principum ocu li coacti non alio intueri, sed semper adolescentiam obseruare, ceteris quidem humanis cupiditatibus modum adhibent, sed adolescentorum adolescentularumq; contraria naturam amores, & virorum pro fæminis & mulierum pro viris abusus, vnde innumera hominibus & priuatim & publicè mala secuta sunt, quomodo aliquis evitabit? & quod in singulorum periculis remedium inueniet? Omnino difficile id est, o Clinia. Nam in catenis quidem multis vniuersa Creta Lacedæmoniæq; nobis ad leges ponendas à mulorum moribus alienas valde oportulantur, sed quo ad mores pertinet, aduersantur discentiuntq; omnino. Quoniam si quis naturam secutus illam quæ fuit ante Lay tempora, legem posuerit, non permittens maribus pro fæminis abuti, testemq; bestiarum naturam citauerit, in quibus mares inter se Veneri operam non dent, quia secundum naturam id minimè sit, verisimili forsitan ratione vretur, vestrīq; ciuitatibus non consonabit. Accedit ad hæc quod minimè id assequetur, quod à legislatore semper est obseruandum. Semper enim obseruari oportet quid ad virtutem conducat quod lege sancitur, & quid non. Age vero si id honestum aut non turpe nunc lege statui assentimur, quidnam ad virtutem proderit? Vrum in eius qui persuasus est, ut rem in se turpem admitteret animo fortitudinis habitum, an in eius qui persuasit, temperantia speciem generabit? Vel hæc quidem nullus vñquam, sed potius horum contrarium credet? Quippe voluptatibus seruientis quisque molitie vituperabit. In eo vero qui fæminas imitatur, nonne muliereb̄ ipsam imaginem quilibet improbat? Quis igitur homi

hominum hoc cùm tale sit, legibus sanciet? Fermè nullus, qui veram in mente legem habuerit. Quomodo ergò verum hoc esse dicimus? Amicitia vtrig, cupiditas, amorumq; naturam considerare necesse est, si quis hæc re-
élè sit inspecturus. Nam cùm ipsa duo sint, & tertia ex ambobus species, uno comprehensa noīe dubitationem oēm & tenebras faciunt. C. L. Quomodo? A. T. H. Amicum enim simile simili virtute, & aequalē aequali afferimus. Amicum rursus egenum diuiti, quamvis genere contrariū fit. Quando verò vtrung vñementius fuerit, amore nuncupamus. C. L. Rectè. A. T. H. Amicitia quæ à contrarijs proficiscitur, dura est & aspera, & sape vi-
cissitudinem in nobis non habet. Quæ verò à similibus, placida, cōmuniq; per vitam. Vbi verò ex vtrisq; componitur benevolentia: primo non facile cognoscitur, quid sibi velit qui tertio hoc amat amore: deinde ab vtrisque in contraria tractus, & ipse quid faciat, dubitat, cum ab altero, atatis vti flore iubetur, ab altero prohibeatur. Nam qui corpus amat, eiusq; formam quasi fructū quandam esuriens petit, is satiari duntaxat querit, nul-
lumq; aīo amati præbet honorem. Sed qui minus de cor-
pore curat, & aīo considerat potius quam desiderat, cū sp̄sum, vt decet, animum diligat, corporis vsum pecula-
tiam & contumeliam arbitratur: cumq; temperantiam, fortitudinem, magnificientiam, & prudentiam vereatur & colat, cùm casto amico castus vivere volet. Amor autem ex vtrisq; his compositus, ipse est quem modo loco tertio ponebamus. Cū ergò tres sint amores, vtrum oēs lege pellendi sunt? An videlicet eum in ciuitate suscipie-
mus qui virtutem resipiat, & adolescentem fieri quam optimū cupiat: duos aut̄ alios, si fieri poterit, repellemus? Nunquid aliter tibi, o amice Megille videtur? M. E. G. Probè admodum de his modo dixisti hostes. A. T. H. Nō fru-
strā, o amice, coniiciebam te mihi ad stipulaturum. Non oportet autem me nunc quid de his vestrā lex sentis inquirere, sed quod admittis accipere. Clinæ verò postea id persuadere conabor. Quod à vobis datum est, modo accipiatur, legesq; diligenter consideremus. M. E. G. Re-
ctissimè loqueris. A. T. H. Artem in hac lege ferenda quā-
dam habeo, partim quidem facilem, partim omnino dif-
ficilem. M. E. G. Quomodo istud? A. T. H. Constat nūc quoq; plurimos hominum quamvis iniqui sint, benè, & dili-
genter, & sponzè à pulchrorum coniunctione fese absti-
nere. M. E. G. Quando id sit? A. T. H. Quando frater aut
soror eximia pulchritudine alicui sit. à filio quoq; filiaq; lex eadem, quamvis scripta non sit, sufficienter repellit, prohibetq; & manifestum & furtuum istorum concu-
bitum. Imò verò facit, vt ne cupiditas quidem vlla rei huius vulgus aggrediatur. M. E. G. Vera narras. A. T. H. Vnum ergo verbum atque breuissimum omnes huiusmo-
di voluptates extinxit. M. E. G. Quid illud? A. T. H. Quod fas nihil horum esse dicitur, sed apud deum odio haberi, & turpium omnium esse turpisima. Causa autem non ne hæc est? Quia nemo aliter prædicat, sed statim ab inuite etate & ioco simul & serio dicta, & sapientis in-
tragædijs hæc eadem audiuntur, quando vel Thyestem, vel Oedipodem, vel Macareum mortem sibi debitam see-
leris paenam consciuisse propter huiuscmodi Venerem narrant. M. E. G. Rectè istud dictum est. Miram enim fama potentiam nouimus, quando nemo aliter quam iu-

beat lex, ne respirare quidem audeat. A. T. H. An non re-
élè dictum est a nobis, quod volenti legislatori cupidita-
tem aliquam earum quæ vehementer sibi subigunt homi-
nes, rationi subycere, facilis cognitu modus est? Quippe si famam huiusmodi, apud omnes seruos & liberos, masculosq; & fæminas, & vniuersam ciuitatem, qua-
si sacrum quiddam dicauerit, firmissimam hanc legem efficiet. M. E. G. Ita prorsus. Qua verò ratione id affer-
qui poterit, vt libenter idem omnes prædicens? A. T. H. Probè obiecisti. Ideo enim à me dictum est, artem me ad hanc legem habere, vt secundum naturam ad procrea-
tionem venere homines vñantur. Abstinendum igitur à maribus iubeo. Nam qui istis vñuntur, genus hominū dedita opera interficiunt, in lapidem seminantes, vbi ra-
dices agere quod seritur nunquam poterit. Abstinendum quoque & ab agro illo fæminino, vbi semen germina no-
lit producere. Hæc lex si perpetuò in alijs sicut in neceſſi-
tudine paterna conseruabitur, innumerorum erit bono-
rum causa. Nam primo secundum naturam statuta erit. Deinde ab omni amorum rabie atque furore, adul-
terijs, potusq; & cibi nimio luxu repellit. Vxoribus quoque viros conciliabit, & alia plurima pariet bona si apud quenque fuerit stabilita. Sed forsitan vñementis a-
liquis iuueni multo sfermate plenus hanc legem ferri au-
derit, improbat protinus, & alta voce clamabit, im-
possibilia stultaq; à nobis legē sanciri. Quod quidem cùm
considerarem, dixi artem me habere, quodammodo fa-
cilimam, quodammodo etiam difficultiam, ad legem
hanc obseruandam. Facile nanque intellectu est, quomo-
do id possibile est. Nam cùm apud omnes legitima hæc
sententia dedicata fuerit, animos omnes domabit, effi-
cietq; vt metu lati legibus pareant. Sed eò iam res per-
uenit, vt nunquam effici posse videatur: sicut nec conui-
ui quidem studium credebatur ab vniuersa ciuitate per-
petuò posse obseruari. Et tamen apud nos re ipsa fieri vi-
detur, quod inter mulieres, nec in ciuitatibus quidem ve-
stris fieri posse putatur. Hac equidem ratione propter hu-
ius incredibilitatis vim difficultum esse dixi hæc vtra-
que lege seruari. M. E. G. Et rectè quidem. A. T. H. Quod autem suprà vires humanas non sunt, sed fieri possunt,
vultis vt verisimilem quandam rationem vobis expo-
nam? C. L. I. N. Cur non? A. T. H. Vtrum facilius quis-
piam à venereis abstinebit: voletq; ordinem his impos-
tum moderatè seruare, cùm benè ex prudenti aliqua di-
ligentia corpus affectum fuerit: an cùm contrà? C. L. I. N.
Multiò magis cum benè atque ex arte. A. T. H. Num igitur de Tarentino Icco non audiuimus: qui propter olym-
pica aliaq; certamina, artificio circa hæc studio tem-
perantiam simul & fortitudinem animi consecutus, nul-
lam vñquam in toto exercitationis suæ tempore Venerem
cognouit? Idem quoque de Chrysone, Astylo, & Dio-
pompo alijsq; quam plurimis fertur. quanquam, o Cli-
nia, multiò peius animos bonis artibus excollerant,
quam cui meique ciues, corporibus certè multo magis
vigebant. C. L. I. N. Vera narras quod à prisca ista ab
athletis facta fuisse prædicantur. A. T. H. Illi igitur vt
luctando & currendo ceterisque huiusmodi vincerent a-
lios, ab ea voluptate qua beatæ vulgo existimatur, ab-
stinere voluerunt. Nostri adolescentes Victoria causa
longè præstantioris, non poterunt? quam nos carmini-
bus

bus fabulisq; & soluta oratione & cantibus esse optimā pueris statim à teneris occinemus, & ut verisimile est oblectando persuadebimus. c l. Quam victoriā dicis? A TH. Ut voluptate inquam victa feliciter vivant, victi autem contrā. Præterea metus ille, ne quod minimè fas est, committatur, nonne ad idem potissimum conferet: ut ea videlicet superent, quæ alijs quamvis deteriores, superasse dicuntur? CLIN. Consentaneum id quidem. A TH. Postquam hoc in lege hac ferenda deuenimus, & propter multorum præ uitatem in dubitationem incidimus, audieram iam manifesteq; dicamus, non oportere ut ciues nostri a iubus multisq; beluis sint peiores. Per multos n. greges ipsarum videamus integre atq; caste, antequam procreandi tps aduenirerit, vivere: sed cu hanc etatē attigerint, mas fœmina & fœmina mari coniuncta, iuste, sancte, in prima persuerantes amicitia reliquā peragūt vitam. Oportet igitur esse eos bestijs meliores. Quod si à ceteris Gracis Barbarisq; plurimi corrupuntur, nec possint se continere, cum videant audiantq; inordinatam apud eos Venerem plurimū posse, alterā præterea legem custodes legū ad ferendas leges autoritatem nacti, excogitēt. CL. Quam modo ferre legem consulis, si hanc non suscepint? A TH. Quæ hanc o Clinia sequitur. CL. Quæ nā illa est? A TH. Ut quā maximē laboribus corporis Venēris robur infringant, & alio vires suas conuertāt. Quod erit, si non impudenter ipsa ventur. Nam si rarius propter ruborem id fiat, imbecillior erit domina. Clām ergo consuetudo & lex non scripta hæc fieri suadeat: contrā aut fieri velut turpè dissuadeat? turpeq; sic non oīno agere. Sic n. & secundo seruabimus honestum loco, & genus unum hoīum, tria genera continens, hoīes depravatae naturæ, quos sui dominos esse negamus, cogit utiq; ne leges contemnant. CL. Quæ tria genera? A TH. Cultores inquam deorū, honoris amatores, & qui non corporum, sed animi morū pulchritudinē diligunt. Hæc quasi per fabulam dicta & votoq; similia: multum tamen ciuitatis in his si ea seruare potuerint, collatura. Fortasse aut si deus voluerit, duorum alterum in amatorijs assequemur. Vel ut nemo generosa liberasq; mulieres præter uxorem audeat tangere: nec ullus nothos ex concubina suscipiat: nec infæcundos marium agros præter naturā serat. Vel alterum quidem oīno tollerimus: ne quis cu maribus congregiat. Siquis autem alijs mulieribus commiscetur quācum cū his quācum dīs sacrifīcū nuptijs domū venerunt, empti videlicet, vel alio quocunq; modo acquisitis: nisi viros simul mulieresq; omnes lateat, infamis lege, omnibusq; ciuitatis honoribus, cū peregrinus aliquis, priuatus sit. Hæc lex siue simplex siue duplex sit: de rebus venereis amatorijsq; omnibus, quas inter nos propter huiusmodi affectus recte vel non recte agimus, lata sit. MEG. Ego equidem hanc legem valde probo. Clinia vero hic, quid sibi videtur, nobis aperiat. CLIN. Faciam, o Megille, cū occasio dabitur. Nunc autem sinamus hospitem ulterius in ferendis legibus progressi. MEG. Probè. A THEN. Sed adeo iam progressi sumus, vt ad coniuicia deuenerimus; quam quidem rem alibi difficultem esse dicimus: in Creta autem nemo frustra existimat fieri oportere. Quomodo autem? virum ut hic, aut quemadmodum apud Lacedæmonios, anterioris quidam modus utrisque his melior inueniatur, nec

inuentu difficile id mihi videtur, nec inuentum cu fuerit, maximē profuturum. enim uero concinne & nunc constituta videntur. Sequitur nunc vt de victu, quomodo haberis posse, dicamus. Victus in alijs ciuitatibus multiplex varijsq; ex locis, maximē vero dupli ex loco in ceteris comparatur. Nam ex mari ac terra plurimis Græcorum ciuitatibus aduehitur, cū istis terra solummodo aduehatur. Quæ res legumlatori facilior. Multo n. minor quam dimidia pars legum sufficiet. Præterea conuenientiores liberis hominibus leges ponentur. Naualii n. & mercatorum, cauponum, diuersorū, publicanorum, permutationum, fodinarumq; metallicarum, & mutuis scenoris, ac mille huiusmodi leges ferre non admodū cogitur. Quare in ciuitate hac nostra legum conditor his omib; duntaxat agricolis, pastoribus, apum curatoribus, taliumq; custodibus, atque ministris leges dabit, cū de nuptijs liberorumq; procreatione, educatione, disciplina, magistratumq; designatione, maxima ex parte tractauerit. Nunc ergo ad leges de victu deq; ijs qui labore suo ipsum parant, venire necesse est. Et agriculturae leges primo ponantur: primaq; terminalis iouis hac. Nemo fines atq; terminos agri moueat, nec ciuiis vicini, nec finitimi peregrini, si agri extrema possideat. sed putet id esse vere quod dici solet, hic immobilia mouet: malitij vniquisq; saxum ingens mouere, quam paruum lapidem iureuendo à dijs firmatum, quo amicitia & iniunctio terminentur. Alterius n. Iupiter contribul, alterius hospitialis, est testis: qui hostili prælio semper insurgunt. Qui legi obtemperat, indemnis vique sit: qui eam diffunxerit, duplices poenas luat: primo quidem deo vindice, deinde lege: quæ iubet ut nemo sponte vicini agri terminos moueat. Eum vero qui mouerit, quicunq; voluerit, ad agricolas deferat, agricola ad indicum dicant, à quo damnatus utpote terminorum clām vīg; turbator, reddit, patiaturq; prout iudices iudicauerint. Multa deinde paruaq; damna in vicinia sapient facta, magnas inimicitias parunt, vicinitatem difficultem & amaram reddunt. Propterea caueat vicinus ne vicino noceat, cū in alijs, tum vel maxime in agris colendis. Nocere nanque non difficile, sed cuiuslibet hominis est, prodeesse vero non cuiuslibet. Quicunque vero fines eges servit, vicini coluerit agros, damnum restituat, & impu ruficane dentia atque illiberalitatis poenas luat, duplumque loco mulcta ipsi deponat cuius agrum coluit. Cognitores vero & indices cœsoresq; huius rei, agrorum curatores sint. In maioribus quidem, vt suprà dictum est, vniuersus duodecimæ partis ordo, in minoribus vero, qui custodis præsunt. Siquis pascuis noceat, illi consideratis damnis iudicent atque condemnent. Si aliena examina quis persequitur, atque æra pulsans delectatione apes ad se trahit, damnum restituat. Siquis ignem in materiam sic immiserit, vt vicino non cauerit, prout magistribus videbitur, condemnetur. Similiter qui in plantando mensuram vicini agri non reliquit, ita plectatur, vt à plerisq; legumlatoribus sufficienter id dictum. Quorum legibus vī debemus, nec putare multa & minima quæ cuiuslibet legumlatoris sunt, à maiori ciuitatis conditore esse facienda. Nā & de aquis præca leges & bona sunt. Quæ profecto recitatione deriuadæ nō sunt. Sed qui aquā ad sua voluerit ducere, à publicis fontibus ita deducat,

eat, ut nullius priuati manifestum fontē perturbet. De-
ducatur aut̄ qua velit, pr̄terquam per domos, aut sepul-
chra, aut loca dīs consecrata: nec aliud damnum infe-
rat, nisi quod ab ipso riuulo efficitur: Quod si aquæ ino-
pia solo iusta in locis aliquibus aquas ab Ioue prodeentes
non retinet, cūm necessitate quipiam opprimatur, in lo-
co suo ad cretam v̄ḡ effodiet: & si hac in profunditate
nihil aquæ truenerit, tantum à vicinis aquetur, quan-
tum necessitas postulat. Sed si vicinus quoq; pauca sit, a-
quandi modus, quo utatur quotidie, sibi ab agri curato-
ribus statuatur. Si verò aquæ pluviales abūdent, & qui
inferiores partes habitant aut colunt, defluxū ita prohi-
beant, ut superioribus noceant: aut contraria si superior incon-
siderat fluere aquas permittens, inferiori noceat, & co-
nuenire inter se nequeant: in urbe quidem adilis, in agris
verò, qui agris praefit, modum imponat: quē si quis non
seruauerit, inuidia & peruersitas pœnas persoluat: &
vicino damnum in duplo restituat. Aut̄nū aut fructuum
cōis hm̄oi participatio sic. Bina nobis gratiae dona hic
dens largitur. Vnum Dionysiacum, quod recondi non
potest: alterum verò quod reponi aptum est. Hac igitur
lex de fructibus sanctiatur. Qui vuas aut ficus de rusticis
fructibus antē vindemia t̄ps gustauerit, quod cūm artu-
ro concurrevit, quinquaginta drachmas, si de suo agro col-
legerit, Dionysio dedicandas persoluat: sin à vicinis ac-
cepere, minā: sin ab alijs, duas minā partes. Vuas aut
ficus, quos generosus nos animus, neq; cōmodè recondi
possunt, quo & quando velit, si sua hec sunt, colligat.
sin verò aliena, nisi impetraverit, quoniam lex est, ut
nemo moneat quae non depositus, qui accepit, mulctetur.
Quod si seruus quipiam, non persuaso agri domino, eas
aceperit, pro singulis ficibus vuarumq; aciniis aequalia
numero verbera patiatur. Inquilinus fructibus emptis, si
quidem condi non possunt, si cupit, vescatur: peregrinus
aut̄ in ipso itinere si transeat solus, aut cūm uno tantummo-
do, fructus non reponēdos si velit hospitali cūm venia gu-
ster. Alios aut̄ gustare quos rusticos dicimus, peregrinos
quoq; lex prohibeat. Sin verò qui condi possunt inscius te-
tigerit, seruus quidem plectatur. Liber aut̄ dimittatur
admonitus ficio vuasq; solūmodo quae condi non valent,
gustare licere, eas vero, ex quibus passa vuā & vinum
& carica fiunt, minime. Pyra vero & mala tū alia,
cum punica ceteraq; hm̄oi clām auferre, turpē non sit. Si
quis verò deprehensus fuerit, pauciores annos quam tri-
ginta natus, sine vulneribus verberetur, atq; puniatur.
nec pœna vlla propter hm̄oi verbera libero sit. Aduena
quoq; de his fructibus perinde ac de yjs quos superius dixi-
mus qui non conduntur, carpere liceat. Si senior quipia
comederit, nec aportauerit, ut aduenia permisum est, &
ipse quoq; omnium huiusmodi fructū particeps sit. quod
si legi non paruerit, ad virtutē certamen impotens ha-
beatur, si iudicibus huic rei pr̄sidentibus tunc relatum
hoc fuerit. Aqua nutrientis hortis maximē omnium cō-
fert: sed facile corrūpi potest. Terra vero & sol & aer,
qua cūm aqua simul ea nutriunt q̄ terra nascuntur, non
facile veneno, vel diuernstone, vel ablatione corrūpi posse.
his aut̄ modis facile aquæ damnum infertur, propterea
legis auxilio idget. De hac igitur lex sanctiatur. Si quis
fronte alienam aquam, siue scaturientem ē fontibus, siue
collectam veneno, aut foueis aut ablatione corrupere,

ad ailes deferatur: ubi si deliquisse cōincitur, damnum
restituat: & fontes, aut aquarum v̄as, ut interpretes
singulis semper faciundam purgationem iudicarint, ita
purget. In aduelione aut̄ oīum quae aī agris colligūtur,
liceat cuiq; res suas quā velit aduehere, modo aut nulli
damno sit, aut sibi triplum proueniat lucrum eius dāni
quod vicino infertur. Horum cognitores, magistratus
sint, & ceterorum oīum quae per iniuriam fronte quis,
aut vi, aut clam, vel per se, vel per illa quae possidentur
ab eo, in personam, aut in rem intulerit. Hac inquit ad
magistratus oīa deferantur, si tres damnum minas non
excedit: sin verò maius sit, ad constituta publicè iudicia
causa deferatur, & qui iniuriam intulit puniatur.
Quod si magistratum aliquis iniuste de damno alicuius
sunt am tulerit, duplum ei qui passus est iniuria, debeat.
Et omnino si quid per iniuriam fecerint magistratus, cau-
sa ipsa à quolibet volente in publico iudicio agitetur. Insi-
nita penè parva restant instituta, quibus corrigantur er-
rores in iudicij termino, in citationibus, citatoribusq;, si
ue inter duos siue inter multos citatio sit, & ceteris hu-
iuscemodi, quae nec à legibus prateriri possunt, nec tamē
seniore legūlato digna videntur. Ea igitur oīa iuniores
priseas leges imitari, & parua ex magnis intelligentes,
necessariumq; vsum experientia cognoscentes, legi-
bus donec sufficienter se habeant, ordinent. Deinde suffi-
cienter positis, immobiliter his vtantur. De ceteris aut̄
opificibus leges ita constituuntur. Primo nullus ciuis opifi-
cio vlo detineatur, sed nec seruus quidem ciuis alicuius.
Arte n. magna quae longa exercitatione, multisq; do-
ctrinis indiget, occupatus est ciuis, cūm cōem ciuitatis or-
natum procuret: quae res non leui quadam opera contēta
est, sed pr̄cipuum studium exigit. Duas verò artes aut
studia duo diligenter exercere humana natura nō potest.
Nemo et satis potest arti quidem vni vacare, & alte-
rius artis opifici pr̄sidere. Hoc igitur in ciuitate statu-
tum sit, ut nemo ararius simul & lignarius faber sit,
nec lignarius faber fabris ararijs magis quam opificio
suo pr̄sideat, occasionem hinc forte noctis, quod dū cu-
ram gerit multorum, quasi ministeriorum ipsi elaboran-
tium, inde sua arte fiat accessus, ac per illos artem me-
lius curet suā: sed singuli opifices singulis artibus vacet,
& ab eis victū acquirant. Hanc legē ailes ita obserua-
ri procurēt, ut si quis ciuis ad artē aliquā, magis quam
ad virtutis curā declinauerit, opprobrio atq; infamia no-
tatum ad cursum suum conuertant. Sin aut̄ peregrinorū
aliquis duabus artibus vacet, vinculis, mulcta, expul-
sione, vnam tantum complecti cogatur. De mercede aut̄
opificum, de operis ipsorum approbatione aut improbatio-
ne, de iniuria et quam vel patiuntur vel inferunt, ailes
v̄ḡ ad drachmas quinquaginta cognoscant. Maiora
vero ad publica iudicia delata secundū legem iudicetur.
Vestigial aut̄ importandarum exportandarumq; rerum,
nullum penitus sit. Tbus vero ceteraq; huiusmodi qua
diis incenduntur, peregrinaq; sunt, purpuram similiter
& colores alios, qui à regione non producuntur, omnia
deniq; peregrina, nisi necessaria sint, nemo adducat: nec
rursus aliquid quod regioni necessariū sit, exportet. Hac
oīa legum custodes duodecim, qui reliqui sunt, exceptis
quinq; senioribus, procurent atque cognoscant. Arma
vero & instrumēta bellica si aduetitia arte est opus, cō-
suecantur.

Vestigial
nullum.

Vehantur . similiter quæ ad hæc idonea sunt, plantæ , æneæ instrumenta, funes, aæalia, quæ ad bellum conserunt; Quorum magistri equitum & doctores exercitus curam habeant, ut ciuitas inuehendi euehendig̃ simul cū opus sit facultate non priuetur: de quibus legum custodes sufficietes decentesq̃ leges ferent. Nulla vero in re pecunia colligenda gratia, vel in ciuitate vel in vniuersitate regione cauponatio fiat. Annonæ aut quæ ex agris percipiatur distributio, recte iuxta Cretensem legem constituer. Nā quæ à regione producuntur, in duodecim partes ab oībus distribuenda sunt, & similiter consumenda. Duodecima vero pars quæq; vt tritici, hordei, cæterarumq; frugum & fructuum, venalium quoq; oīum animalium tripartito & competenti rōne distribuatur, & pars una liberis, altera seruis, tertia opificibus ac oīno aduenis tribuantur: siue aliusdē venerint aliquandiu vrbem habitatuti, & necessarijs egeant, siue propter publicam vel privatam ciuius alicuius utilitatem accesserint. Hæc igitur tertia oīum necessariorum pars, venalis semper ac necessario tantummodo sit. De duabus uero partibus nihil necessario vendatur. Quo igitur hæc recte distribuētur? Patet aut in primis recte id fieri posse, si partum aequaliter, partim inæqualiter distributio fiat. C L I N . Quo pacto? A T H . Meliora vñq; vel deteriora istorum singula, necesse est terram producere atq; augere. C L . Quidni? A T H . Cum tres partes sint, quod hoc atinet nemo plus habeat, nec dominus, nec seruus, nec aduena, sed aequalis eademq; similiter sit oīs distributio. Quilibet aut ciuius, cū duas partes accepit, seruus & liberus quo & qualia velit, suo arbitratu distribuat. Quod vero plus istis est, mensura & numero sic dispertiendum est, vt cū oīum aī alium, quibus à terra vicitus præbetur, numerus habeatur, ita demū fiat partitio. Habitaciones postea seorsum ordinadæ sunt. Ordo aut talis maxime deceat: duodecim viros per media in singulis duodecim partibus vñū esse oportet: & in unoquog; venalium rerū loca, deorumq; tēpla & deos sequentium dæmonū esse constructa, siue indigetum Magnisorū, siue aliorū, quorū statua antiquissima memoria consecratæ sint. Atq; his priscorū virorū honores reddidi sunt. Vestæ quoq; Iouis, Minervæ, singulorumq; aliorū singulis duodecim partib; præsidentium tēpla construenda sunt. Et primum quidē iuxta templo in altissimis locis ades custodū sint vndiq; munitissima. Reliqua deinde regio opificibus in tredecim partes distribuatur. Et pars una in vrbē habitet, per duodecim vrbis partes diuisa, aliae exteriorem vndiq; tenet locum, atq; in singulis viciis opifices ad agriculturæ cōmoditatatem idonei habitare compellantur. Horū oīum curam magistratus qui agris præsunt, habeant, præuideantq; quod quibusue singuli opifices egent, & ubi habitantes impedimento agricolis non sint, sed magnam ipsi vtilitatem conferant. Urbanorum quoq; similiter opificum curā adiles habeant. Res aut venales curæ censoribus sint, qui primo rē sacram current: deinde ne quis vēdendo emendoue iniuriam faciat, vehementer prouideat: & immoderatos, contumeliososq; oīes compescant. Hi considerent nunquid ciues peregrinis res singulas conuenienter atq; vt lege cantū est, vendant. Primo vero mensis ciuiusq; ciues eorumq; ministri duodecimam tritici partem emendam peregrinis proponant, ementq; peregrini pro-

mensis totius tempore triticum & similia quæ primo foro venduntur: decimo vero die venditio, emptioq; mensi sufficiens statuatur, Vigesimotertio aī alium venditio, quibus hoīes eagent, suppellectiliumq; . Ut corij vestiumq; ac similiū fiat. Necesse aut est peregrinos oīa à possidētibus emere, ne cauponatio in tritico & hordeo circa farinam ac cætera alimenta, vlla fiat. Nec ciuib; nec seruis eorum cauponari omnino liceat. In peregrinorum tamē foro peregrino liceat opificibus, eorumq; seruis vñū cibumq; cōmutare ac vendere, carnesq; coctas similiter: que res à plurimis cauponatio nominatur. Materiam vēro ignis vniuersam quotidie peregrinus ab yis qui ī agris id curant, emere posset, ceterisq; peregrinis prout velit & quando velit reuendere. Cæterarum oīum rerum & suppellectilium quibus vtimur, in cōi foro venditio fiat, in locis determinatis: Vbi legum custodes, censesq; una cum adilibus locū designarint, & precia venalibus imposuerint. Hic nūm cōmutentur rebus, ac res nūmis. Cōmutet aut vñusquisq; per seipsum nemini cōmittens. Quod si cōmiserit, siue receperit, siue non, quiescat oportet. Nullum n. cōmutationum talium iudicium est. Si quid vero venditū emptumq; pluris minorisue est, quam lex iusserit, qua rerū venalium mensura & precia constata sunt, apud legum custodes plus illud cōscribatur, & contrarium deleatur. Eadem ipsa de conscriptione bonorum, q; ab incolis peregrinisq; possidentur, siant: licetq; ciuiis certa conditione ad vrbē migrare, & hoc ita de artem aliquam exercear, nec plures quam annos viginī à die conscriptionis permaneat: quo in tempore incōlendi vēctigal soluere nullum cogatur nisi frugalitatis exemplum, nec emptionis venditionisq; gratia arario quicquam debeat. Cum aut viginti anni exacti fuerint, accipiat rem suā, & abeat. Quod si magnum aliquid beneficium intra viginti annos ciuitati contulerit, velitq; plus temporis, aut et per vitam in ciuitate manere, fiat ipsi quod petierit, ratumq; habeatur, si modo concilio concioniq; persuaserit. Incolarum autem filijs si ipsi quod opifices sint, post quintumdecimum etatis annum ita colonia tempus incipiat, vt viginti postea maneant annos, deinde quo velint proficisciatur, & si manere voluerint, maneant, postquam similiter persuaserint. Qui autem recedit oblitera descriptione, quæ sibi apud magistratus erat conscripta, sic abeat.

DIALOGVS NO NVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM LATIONE.

MARSILI FICINI
ARGVMENT.



ONVS dialogus post cōmunem morum disciplinam & legum multarum traditionem, aggreditur iam iudicia. Et valde quidem oportune. Nam & qui moribus eruditæ legibusq; instruicti sunt, iudicare iam possunt: et qui eruditioni instructionijs precedēti non paruerunt, tam sunt iudicandi. Prudenter oīo nosier hic ai orum medicus seruare hæc tenus salutaribus studuit moniti integrā animi sanitatem: iam vēro perditam cūclis machinis reparare molitur. Verū q; charitas Platonica est, misericors, dolēs, compulsus ad secundum quasi trahitur & vrendum: & id quidem tam